

/ Admodum Illustris, et Reverendissime Domine. Litterae Reverendissimae Dominationis Vestrae spirantes pietatem, et zelum salutis animarum magna me laetitia affecerunt. Spero enim Amplitudinem Vestram tam bono spiritu praeditam, non solum proprio gregi multum profuturam praesentia, et sollicitudine, sed etiam multos alios Episcopos excitaturam ~~praesentia~~ exemplo. Ego quidem jam senex, ac pene inutilis, mentiar, si dicam me non desiderare patriam; sed quoniam mea me peccata sine timore esse non sinunt, Amplitudo Vestra Reverendissima, et ⁱpiissima precibus suis me adjuvet; hoc unum est enim, quod /0 mihi benignitas vestra utiliter conferre, et sine incommodo suo potest. His valeat, et prosperetur semper in Domino. Romae die 9 Septembris 1615.

Epist. famil. CXXIII. - Archiv. Vatic. Gesuit. 18 fol. 46. Brouillon
autogr.